

75
NONA
spohat, Papa vero Viterbum fugit, et
demum redit in sedem, et dominium
urbis, et Campaniam Ladislaus Regi a-
pulviae sponte relaxat, et in ejus potesta-
tem dimittit. Hic ad paucos dies moritur,
sepultusque est in quadam Capella prope
Capellam Auditorum in Ecclesia S. Pe-
tri in Vaticano ad manum dexteram
ingressus dictae Capellae, cujus Corpus ter-
ra tegitur, et similiter Bonifacii VIII
ejus praedecessoris.

De Johanne

Archiepiscopo XCIV.

Johannes XCIV. Submonensis nepos Co-
smati praedecessoris proxime nominati,
statura pupillus, oculos habens parvos,
magnum os, et magnos dentes habens,
variolosus in facie, albi coloris, Doctor
legum, licet earum modicam habuerit
notitiam, simplex simplicitate non ta-
men columbina, sed ultra, et taliter,
quod potius vitium, quam virtus po-
tuerit appellari, expensor maximus
honorum Ecclesiae, potius incuria ser-
vientium ei, suaque, quam prodigali-